UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Sermones prestantissimi viri Ro||berti de Litio: ordinis Minoru[m] sacre theologie professo||ris: pontificis Aquinatis

**Caracciolo, Roberto**

**Lugd., Anno d[omi]ni. M.cccccxiij. vi. no.Maij.**

Feria. vj. de fide firma qua debem[us] christum cognoscere. Sermo. xiij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70607

Visual Library

celũ cũ carne cum qua resurrexit ascen-
sio toto mũdo iam predicaẽ ⁊ creditur.
Si credibilis nõ est: vñ toto terrarũ or-
be iam credita est. Sed multi nobiles
sublimes ⁊ docti etiã se vidisse dixerũt:
⁊ qđ viderũt diffamare curarũt: eis mũ
dum credidisse non mirũ est. Sed istos
adhuc credere nolle perdurũ est. Si au-
tẽ vt verũ est paucis obscuris minimis
⁊ indoctis ea se vidisse dicẽtibus ⁊ scri-
bẽtibus credidit mũdus: cur pauci ob-
stinatissimi q̃ remanserunt ipsi mũdo iã
credẽti adhucusq; nõ credũt? Qui pro-
pterea numero exiguo ignobilium infi-
moꝝ imperitorũ hoĩm credidit: qꝛ in tã
cõtemptibilibus testibus multo mira-
bilius diuinitas seipsa persuasit. Eloq̃a
nãq; persuadẽtiũ que dicebãt mira fue
rũt facta nõ vba. Qui enĩ xpm in carne
resurrexisse: ⁊ cũ illa ad celũ ascẽdisse nõ
viderãt: id se vidisse narrãtibus non lo-
quẽtibus tm̃: sed etiã mirifica faciẽtibꝫ
signa credebãt. Homines quippe quos
vnius vel vt multuꝫ duarũ linguarum
fuisse nouerãt: repẽte linguis omnium
gentiũ loquẽtes mirabiliter audiebãt.
Claudũ ab vberibꝫ matris: ad eoꝝ vbũ
ꝓ xpi noĩe post quadraginta annos in-
columẽ cõstituisse. Sudaria de corporibꝫ
eoꝝ ablata sanãdis languentibus pro-
fuisse: in via qua fuerant transituri post
eos in ordine innumerabiles morbis va
rijs laborãtes vt ambulantium sup eos
vmbra trãsiret cõtinuo salutẽ solere reci
pere: ⁊ alia multa stupẽda in xpi nomi-
ne per eos facta sunt signa. Postremo
etiã mortuos resurrexisse cernebãt. Que
si vt legẽtur gesta esse cõcedũt ecce tot
incredibilia tribus illis incredibilibus
addimus. Et vt credaẽ vnũ incredibile:
qđ de carnis resurrectione atq; in celuꝫ
ascẽsione đ: multoꝝ incredibilium testi
monia tãta cõgerimus ⁊ nõdum ad cre
dendum abhorrẽda duricia incredulos
flectimus. Si vo per aplos xpi: vt eis
crederetur resurrectionẽ atq; ascensio-
nem predicãtibus xpi etiã ista miracu-
la facta esse nõ credunt. Hoc nobis vnũ
grande miraculũ sufficit: qđ iam terra-
rum orbis sine vllis miraculis credidit.
Hec Augustinus. Cõfundantur ergo iu
dei duri qui christianã fidẽ impugnant
qui christũ venisse negant: quẽ vt predi
ximus tot quotidiana miracula decla-
rant ⁊ manifestant. O iudei olim a deo
predilecti: modo dati in opprobriũ gen
tium reuertimini reuertimini: deponite
vestrã duriciẽ. Currite ad xpm desidera
tum: qui iam venit mãsuetus: qui est be
nedictus in secula seculorũ. Amen.

¶ Feria sexta post secundã dñicam ad-
uẽtus: de fide firma: qua debemus chri
stum cognoscere. Sermo.xiij.

¶ Jesus fide cognoscitur. Fructus.xiij.

B Eatus qui nõ fuerit ⁊c. vbi.s. Magna est multitudo et numerꝰ pene incredibilis eorum qui eterno bono priuan-
tur: qm̃ in christũ credere nolũt: cũ tñ vt
apls docet ad Heb.xj. Sine fide impos-
sibile est placere deo. Ipsa nãq; est que
intellectũ illuminat: mẽti veritatẽ rese-
rat: ⁊ aiam ducit ad noticiã eoꝝ que ne
cessario sunt cognoscẽda ꝓ obtinẽda sa
lute. Et qm̃ qui sine fide viuit vel in ali-
quo articulo fidei dubitat: vt notaẽ ex
de hereticis.c.j. infidelis simpliciter est.
Idcirco in presenti sermone dicturi su-
mus cõtra eos qui fide integra carẽt et
in xpo scãdalizãtur. Pro quibus pone-
mus fructũ q̃ est: Jesus fide cognoscit.
Ad qđ plene intelligendũ tres conclu-
siones erũt notãde.

Prima cõclusio đ: paruitas.
Scđa cõclusio đ: sublimitas.
Tertia cõclusio đ: superioritas.

¶ Qꝛ proprio ingenio xpm cognoscere
nõ possumus. Capm.j.

P Rima conclusio đ: paruitas. In qua scire debemꝰ q xpm per fidẽ cognoscere possumꝰ: ingenio aũt proprio nequaq̃
qꝛ intellectus rõnalis creature per se-
metipsum ad talẽ noticiã extẽdere se mi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nime valet. Nisi diceremus ſm eos q̄ fa
tui sunt: ꝙ intellectus noster intelligit
oīa: qđ est falsum. Et falsitas ista haberi
pōt si cōsideret ꝙ triplex est intellect⁹.

Primus est intellectus diuinus.
Scđs est intellectus angelicus.
Tertius est intellectus humanus.

¶ Primus intellect⁹ est diuinus: de quo
dicit Scotus dis. ij. j. lib. ꝙ est infinitus
ꝛ cognoscit quodcūq; intelligibile per-
fectissime quantū est intelligibile in se:
et vnico actu intelligendi intelligit se-
metipsum ꝛ oīa. Qđ etiaꝫ late declarat
sanctus Tho. lib. j. cōtra gētiles. c. xliiij.
Et q: esse dei est infinitum: ipse solus se
infinite intelligit. ¶ Scđs intellect⁹ est
angelicus: de quo dicit Diony. in lib de
diuinis nominib⁹: ꝙ est deiformis. Qđ
ideo dicitur ſm Bon̄. in. ij. dist. iij. parte
ij. ar. ij. q. ij. ad primū arg. non q: habet
deiformitatē quā habet intellectus glo
riosus per assimilationem que est in sta
tu perfecto: sed q: sine susceptione spe-
cierum per illud qđ hꝫ in se actu cogno
scit. Et ob hoc angelus naturali cogni-
tione diuinaꝫ essentiā videre nō potuit
in claritate sua. Tum quia hec cognitio
est primū premiū: quo habito mēs crea-
ta quiescit tanq̄ȝ beata ꝛ perfecta. ſm il
lud Johā. xvij. Hec est vita eterna vt co
gnoscāt te solum deū verū. Angelus au
tem non erat per naturam beatus: ideo
hoc premium non obtinuisset nisi gra-
tuita dei influentia. Tum q: diuina lux
propter sui eminentiā est inaccessibilis
viribus oīs create nature: ꝛ ideo ꝑ quā-
dam benignitatis cōdescētionē facit se
cognosci: ita ꝙ in illa cognitione cogno
scens multo plus agatur q̄ȝ agat. Illa
aūt cōdescentio bonitatis qđ gratuituꝫ
dicit: sed cōstat ꝙ nō dicit diuine essen-
tie humiliationem: q: nō pōt minorari:
sed dicit alicuius radij gratuitā immis-
sionem: propter quā anima clare cogno
scit cū est immissio abundantia sicut est
in gloria. Tū etiā non vidit angelus na
turali cognitione diuinā essentiaꝫ: quia
proximior est deo anima habēs gratiā:
q̄ȝ sit angel⁹ habēs sola naturalia. Ani-
ma ṽo eruta cū gratia non pōt aspicere
lucē summam nisi adiuuetur per gloriā
sicut patet de his qui fuerūt in limbo: ꝛ
de alijs qui sunt in purgatorio. A fortio
ri ergo nec angelus habet cognitionem
de diuina essentia per naturam: sed co-
gnouit deū tūc in puris naturalibus cō
stitutus per speculū clarum ꝛ per vesti-
gium. Hec Bon̄. in. ij. Ubi ostēditur limi
tatio intellectus angelici: q: nō extēdit
se ad intelligenduꝫ essentiā diuinam eo
modo quo intelligit intellectus diuin⁹.
Insuper etiam in gloria vnus angelus
magis intelligit q̄ȝ ali⁹: q: vt vult Dio-
ny. libro de angelica hierar. diuine reue
lationes fiunt a deo immediate ipsi se-
raphin: illas ṽo cōmunicat cherubin: et
sic ſm ordinē superiores inferiorib⁹ re-
uelant. ¶ Tertius intellectus dicitur hu
manus: qui longe inferior est intellectu
angelico: quia cognoscit res in tēpore ꝛ
cū discursu ratiocinando: qui tñ non est
equalis in omnibus ratione vtētibus:
quia quod vnus scit alter ignorat: nec
etiam aliquis ita est doctus quin possit
fieri doctior. ſm illud Prouerbiorum. j.
Audiens sapiens sapientior erit. Unde
refert Hieronymus de Themistide phi-
losopho scribens ad Nepotianū: ꝙ cuꝫ
expletis. cxxvij. annis ad mortē appro-
pinquaret: amore flebat dicēs se tūc e vi
ta migrare: cū aliqđ scire inciperet. Quo
exemplo monemur ꝙ non nisi fatue exi
stimant quidā se omnia scire: et illa pu-
tant esse que ipsi intelligunt: ꝛ que non
intelligunt omnino non esse. Isti sunt
qui spiritu superbie et presumptionis
decepti a veritate fiūt alieni: quia vt di
cit Bernardus super cantica. Superbo
oculo veritas non videtur. Et Augusti
nus. vij. cōfessionum semetipsum de ta
li errore redarguit dicendo: Tu more
meo separabar a te: et nimis inflata fa-
cies claudebat oculos meos. Cum itaq̄ȝ
omniū intellectus nō sint equales: opor
tet vt oēs fide iuuētur.
¶ Qr ea que de xp̄o cognoscunt sunt ita



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

sublimia q̄ excedūt capacitatē hūanā:
iō necesse ē ip̄z fide cognoscere. Cap. ij.
SEcunda ꝯclo d̄r sublimitas.
Necesse est em̄ iesum fide co-
gnoscere: q2 ea q̄ de ip̄o dicū
tur adeo sunt sublimia: vt ho
minis naturalē capacitatē excedāt. Qd̄
cōueniēs esse ōndit sanctus Tho. in. j.
cōtra gētiles. c. v. triplici ratione.

Primo ratione ordinatiōis.
Scd̄o rōne vere cognitiōis.
Tertio ratione delectatiōis.

¶ Primo equidē decēs fuit hominib⁹
proponi fide tenēda ea q̄ supra natura
les animi vires sunt rōne ordinatiōis.
Ordinamur em̄ ad alti⁹ bonū q̄ expe-
riri in presenti vita possumus. Jō opor
tuit mente euocari in aliquid altius q̄
rō nr̄a pertingere in presenti possit: vt
sic discamus aliquid desiderare et in il-
lud studiū tendere qd̄ totū statū p̄sen-
tis vite excedit: ⁊ hoc p̄cipue xp̄iane re
ligioni cōpetit: que singulariter bona
spiritualia ⁊ eterna p̄mittit. ¶ Secūdo
hoc cōueniēs fuit rōne v̄e cognitionis
ad dei sc3 veriorē cognitionē habendā.
Tunc em̄ solū deū in p̄senti vere cogno
scimus qn̄ ip̄m esse credimus supra oē
illud qd̄ de deo cogitari pōt ab homīe:
eo q̄ naturalē hōis cognitionē diuina
substātia excedit. ¶ Tertio illud fuit cō
ueniēs ratione delectationis. Noticia
nanq3 diuinoꝝ est valde delectabilis.
Unde Aristo. x. ethicoꝝ. c. vij. ꝯ Symo
nidē ph̄m dicit: q̄ hō ad diuina ⁊ im-
mortalia tēdere d3 quātū pōt. Hic Sy
monides dimittendā hoī dicebat supe
rioꝝ cognitionē: ⁊ humanis rebus īge
nium applicādū: inquiens humana sa-
pere hominē ⁊ mortalē mortalia. Et. xj.
de animalibus Arist. dicit q̄ q̄uis pa-
rum sit qd̄ de substantijs superioribus
percipimus: illud tn̄ modicū est magis
amatum ⁊ desideratū omni cognitiōe:
quam habemus de substātijs inferiori
bus. Et in. ij. de celo ⁊ mundo ait: q̄ cū
de corporib⁹ celestibus questiones sol-
ui possunt parua ⁊ topica solutione cō
tingit auditori: vt vehemēs sit gaudiū
eius ostēdens q̄ de rebus nobilissimis
quātūcūq3 impfecta cognitio maximā
perfectionē ⁊ delectationē aīe confert.
Multo magis ergo cognitio diuinorū
secretoꝝ que fide haberi potest.

¶ Ꝯ ꝯfirmādo p̄dicta fidei sacra supe
rāt altitudinē hūani itellect⁹. Cap. iij.
TErtia conclusio d̄r superiori-
tas. Ex dictis in p̄ma et in
scd̄a conclusione cōstare pōt
q̄ fidei sacramēta superant
altitudinem humani intellectus: iō ra-
tione demonstratiua cognosci nō p̄nt.
Op3 ergo vt simplici fide ⁊ nō sophisti
ca interrogatione suscipiant̄. Jō scribi
tur ex̄ de sum. trini. ⁊ fi. ca. c. j. vbi glo.
ait: Ubi rō deficit supplet fides. Et hoc
Hilari⁹. iiij. li. de trini. ait: Neq3 celestiū
p se sciētiā humana imbecillitas conse-
quet̄: neq3 inuisibiliū intelligētiā ipse si-
bi corporalius sensus assumet. Nō enim
subeūt ingenia nostra in celestē sciētiā:
neq3 incōp̄rehēsibilē veritatē sensu ali-
quo infirmitas nr̄a cōcipiet. Neq3 pro-
pter hoc irrōnabiliter mouent̄ q̄ sic cre-
dūt ea q̄ hūanam rōnem superāt: q2 vt
inq̄t Hugo de sctō victore lib. j. p̄te. iij.
c. xxiij. Circa credēda quedā sunt extra
rōnem vt necessaria: quedā b̄m rōnem
vt p̄babilia: quedā cōtra rōnem vt in-
credibilia: quedā supra rōnem vt mira-
bilia ⁊ diuina. Si v̄o dicatur q̄ in fide
proponitur aliq̄d qd̄ etiā humana rōne
inuestigari possit: vt deū esse ⁊ tn̄ credē
dum nobis p̄ponit̄: tradere ergo saltē
ista tanq3 credēda videt̄ esse sup̄fluum.
Ad hoc r̄ndet sanct⁹ Tho. ij. ij. q. ij. arti.
iiij. q̄ necessariū est homini accipere per
modū fidei etiā quedā que naturali ra-
tione p̄bari possunt triplici rōne.

Primo p̄pter generalitatē.
Scd̄o p̄pter velocitatē.
Tertio propter securitatē.

¶ Primo p̄pter generalitatē: q2 noticia
fidei pōt esse generalior ⁊ communior.
Si enim veritas diuina solūmodo rōni
inquirēda relinqueretur: paucas homi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nibus inesset noticia dei. Scd͠m enim Tho. j. cõtra gẽtiles. c. iiij. A fructu studiose inq̃sitionis que est inuẽtio veritatis plurimi impediuntur tribus de causis. Quidã siquidẽ propter cõplexionis indispositionẽ ex qua multi sunt naturaliter indispositi ad sciendũ. Unde nullo studio ad hoc pertingere possent vt summuz gradum humane cognitionis attingerẽt: qui in cognoscẽdo deũ consistit. Quidã vero impediuntur necessitate rei familiaris. Oportet eniz inter hoies esse aliquos qui temporalibus administrãdis insistãt: qui tantũ tẽpus in ocio contẽplatiue inquisitionis non possent expendere: vt ad summũ fastigiũ humane inquisitionis pertingere possent: scz dei cognitionẽ. Quidã autẽ impediunt pigricia. Ad cognitionez enim eorũ que de deo ratio inuestigari potest: oportet multa precognoscere: cũ fere totius philosophie cõsideratio ad dei cognitionez ordinet. Propter qd͛ metaphysica que circa diuina versatur: inter philosophie ptes vltima remanet addiscẽda. ¶ Secũda rõ est pꝑter velocitatẽ. Uelocius eñ fide q̃ ratione cognoscitur deus et citius. Nã qui ad predicte veritatis cognitionem ratione vellẽt peruenire: vix post longũ tẽpus id possent attingere. Tum pꝑter multa que exigũtur: vt dictũ est: tũ etiã q2 tẽpore iuuẽtutis diuersis passionũ mõtibus aĩa fluctuãs non est apta ad tã alte veritatis cognitionẽ sed in quiescendo fit prudẽs ⁊ sciẽs: vt habet. vij. physi. ¶ Tertia rõ est pꝑter securitatem: q2 noticia fidei est securior inuestigatione rõnis. Plerũqꝫ eñ tali inuestigationi falsitas admiscet pꝑter debilitatẽ itellectus nr̃i in iudicãdo: et fantasmatũ permixtionẽ. Et iõ oportuit vt per viã fidei veritas elucescat. Dic apls ad Ephe. iiij. Nõ amplius ambuletis sicut ⁊ gentes ambulãt in vanitate sensus sui: tenebris obscuratũ habentes intellectũ. Igit humiliter vnusq̃sqꝫ mentẽ suã deponat omes curiositates animi sui: abijciat q̃libet presumptionẽ a se: ⁊ cũ de xp̃o senserit fide videãt propter rõnis debilitatẽ. Sed nescio quid dicã de multis q̃ nullo argumẽto flecti possunt ad credendũ q̃ credere obligantur. Nisi forte dixerim eos excecatos: vl supbia: vel auaricia: vel luxuria: a q̃bus cũ abstinere nolint id credũt qd͛ volũt. Hoc nãqꝫ solũ esse videtur malorum refugium. Quapropter nos veram fidem habeamus: vt deum in celo videre possimus: qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

¶ Sabbato post scd͠am dñicã aduẽtus de seq̃la xp̃i: ꝯ falsos xp̃ianos: q̃ dicũt se in xp̃m credere: quẽ tñ in operibus virtutũ nolũt imitari: vnde in ipso merito scandalizant. Sermo. xiiij.

¶ Jesus est imitãdus. Fructus. xiiij.

BEatus qui nõ fuerit scãdalizatus i me. vbi. s. Ostẽdũt q̃dã se in hac vita xp̃m diligere: et in ipsuz credere verba pꝑferẽdo: sed operibus ipsi cõtrariantur: qm̃ vitiosius viuũt: vitaqꝫ eorum est reprehensibilis valde: atqꝫ in his que dei sunt facillime fatigãtur: adeo vt nec in minimo laborare velint pꝑ adipiscenda gloria sanctorum. Pro quibus in presenti sermone dicturi sumus de sequela iesu christi: q2 vt Jaco. ait. ij. c. Fides sine operibus mortua est. Non eñ pꝑdest nobis xp̃m cõmendare: xp̃m laudare: xp̃m magnificare: xp̃m noiare: nisi ipsuz fuerimus imitati. Erit itaqꝫ huius sermonis fructus: Jesus est imitandus. Nam qui ipsum sequitur in illo non scandalizatur. Pro cuius declaratione circa xp̃i seq̃lã tres ꝯclusiones notabimus.

Prima ꝯclusio d͛r determinatio.
Scd͠a ꝯclusio d͛r ratio.
Tertia ꝯclusio d͛r retardatio.

¶ Qr debemus imitari christum: nõ tamen in omnibus sed ex necessitate i observantia humili diuinorum consiliorũ ⁊ operibus perfectionum.

Capitulum. j.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN